Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Schmuckintiale

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

nas sanctuarii · ⁊ possessione ciuitatis ·
Quod autem reliquum fuerit principis erit ex
omni parte primitiarum sanctuarii · ⁊ posses-
sionis ciuitatis · e regione · xxv · mi-
lium primitiarum usque ad terminum
orientalem · Sed ⁊ a mari e regione · xxv ·
milium usque ad terminum maris · similiter
in partibus principis erit · Et erunt
primitie sanctuarii · ⁊ sanctuarium templi in
medio eius · De possessione autem le-
uitarum ⁊ de possessione ciuitatis in me-
dio partium principis · erit inter terminum
iuda ⁊ inter terminum beniamin · ⁊ ad prin-
cipem pertinebit · Et reliquis tribubus
a plaga orientali usque ad plagam occi-
dentalem · beniamyn una · Et contra ter-
minum beniamin a plaga orientali usque
ad plagam occidentalem symeon una ·
Et super terminum symeonis a plaga o-
rientali usque ad plagam occidentis ·
ysachar una · Et super terminum ysachar
a plaga orientali usque ad plagam
occidentalem zabulon una · Et super ter-
minum zabulon a plaga orientali
usque ad plagam maris gad una · Et
super terminum gad ad plagam austri in
meridiem · Et erit finis de thamar
usque ad aquas contradictionis cades · here-
ditas contra mare magnum · Hec est terra
quam mittetis in sortem tribubus israhel ·
⁊ hee partitiones earum ait dominus deus · Et hii
egressus ciuitatis · A plaga septentrio-
nali · quingentos ⁊ iiii · milia mensurabis ·
Et porte ciuitatis in nominibus tribuum
israhel · Porte tres a septentrione · Porta
ruben una · porta iuda una · porta
leui una · Et ad plagam orientalem
quingentos ⁊ iiii · milia · Et porte tres · Porta
ioseph una · porta beniamin una ·
porta dan una · Et ad plagam meri-
dianam · quingentos ⁊ iiii · milia metieris · ⁊
porte earum tres · Porta symeon una ·
porta ysachar una · porta zabulon
una · Et ad plagam occidentalem quingentos
⁊ iiii · milia · Porte earum tres · Porta
gad una · porta aser una · porta nep-
talim una · Per circuitum · x · ⁊ viii · mi-
lia · Et nomen ciuitatis dominus ibidem.

Explicit ezechiel · Incipit prologus daniel prophete

Danie-
lem prophetam iuxta
lxx · interpretes do-
mini saluatoris eccle-
sie non leguntur utentes
theodotionis edi-
tione · Et hoc cur acciderit nescio ·
Siue enim quia sermo chaldaicus est et
quibusdam proprietatibus a nostro eloquio
discrepat · noluerunt · lxx · interpretes
easdem lingue lineas in translatione
seruare · siue sub nomine eorum ab alio
nescio quo non satis chaldeam linguam
sciente editus est liber · siue aliud quod
cause extitit ignorans · hoc unum affir-
mare possum · quod multum a ueritate
discordet · ⁊ recto iudicio repudiatus
sit · Sciendum quippe danielem maxime
⁊ hesdram hebraicis quidem litteris
sed chaldaico quidem sermone conscriptos ·
⁊ unam ieremie pericopen · iob quoque cum ara-
bica lingua habere plurimam societatem ·
Denique ⁊ ego adolescentulus post quintili-
ani ⁊ tullii lectionem ac flores rethori-
cos · cum me in lingue huius pistrinum
reclusissem · ⁊ multo sudore · multo-
que tempore uix cepissem anhelantia stri-
dentiaque uerba resonare · ⁊ quasi per criptam
ambulans · rarum desuper lumen aspicerem ·